



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Historia Scholastica Magistri Petri comestoris sacre
scripture seriem breuem nimis [et] obscuram elucidans**

Petrus <Comestor>

Argentine, 1503

VD16 P 1829

De maleficis abijciendis. ca. viij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30892

Deuteronomii

mortuos prohibuit, quod et sanguine suoz fundere: et capillos tondere: et sacrificare mortuis vt et ethnici faciunt. Prohibuit quoque morticina comedi. Sed addidit, quia illa sibi immunda possent dare aut vendere peregrinis et aduenis, quia nationes alie licite multumve scuntur que interdicta sunt hebreis. Septimo quoque anno quietis terre addidit moyses: ne creditor exigeret debitum a debitore hebreo duntaxat. A peregrino poterat exigere, et ob hoc vocauit annum illum annum remissionis: non illius tamen cuius erat iubilus. In iubileo enim dimittebantur debita: in hoc differebat peregre. Prohibuitque in primogenitis bobum arari et vellera primogenitorum tondere. Per quod innuit nihil de primogenitis debere sumi, vel fieri in usus priores: quia leuitarum erat. Quod si maculam haberet primogenitum poterat comedi in loco suo: sed non coram domino. Repetes quoque moyses de festo pentecosten ait, Septem hebdomadas numerabis tibi ab ea die quam falcem in segetem miseris: et celebrabis diem festum hebdomadarum domino deo tuo. Hoc vt dicit Hieronymus hebrei nec ad litteram nec ad spiritum custodiunt, tunc enim non eodem die fieret pentecostes: quia alij tardius: alij citius metunt finem statum regionum suarum. Fuerunt etiam qui dicerent quod agricola a prima die messionis sue, id est dies computasse, et ea die sibi et suis epulum solenne parasse et diem festum egisse. Hec quidem pentecosten legalem sed pro collectis omnibus quasi die agebant solenne. Tradit iosephus, quod xv. luna phase die, id est solenne azyum offerrebat grana aspicata domino. Et hec erat missio prima falcis in segete, et a. xvj. luna numerabant septem hebdomadas: post quas faciebant pentecosten. Quidam tamen dicunt vt predictum est a die dominica que est in festo azyum debere numerari septem hebdomadas, quia legitur in leuitico, Ab altera die sabbati numerabis, dies. intellige, In primo primum diem pentecosten, secundo secundum diem eiusdem festi.

De appellatione populi ad summum sacerdotem.

Capitulum, VI.

Recepit quoque

iudices civitatum sedere in portis

quasi iudicatos intrinsecus et extrinsecus de finibus civitatis, et vt in ore duorum vel trium testium periret qui interficeret ab eis: et quod manus testium prima fieret in illum. Quod si contingeret iudices illos ambigere de sententia aliquo: ascenderet ad summum sacerdotem: et quod ille iudicaret fieret. Quod si quis sententiam eius non obediret interficeret. De his iudicibus civitatum dicit iosephus quod septem eligebant in singulis civitatibus: prout et studio iusticie accepti. Unus cuiusque vero eorum dabant duo viri ministri de genere leuitarum. Testimonium mulierum non admittentur propter leuitatem, nec sermorum propter ignobilitatem animi: pro qua de facili vel pro timore poterat corrumpi: vel lucro. In appellationibus non licebat pontifici iudicare sine prophetarum senioribus loci illius quem elegerat dominus.

De iusticia regis.

Capitulum, VII.

Didit etiam

quod si quis regem sibi crearet: non alienigenamque tributum assume- ret quod sine consilio pontificis et seniorum non ordina- ret. In ocio spiritus deuteronomius legeret, vros res sibi non multiplicaret ne auerteret eum a re- cto. Quod autem aut operum pondera non multiplicaret ne potentior fieret in subditos, terminos terre proprie vel aliene non mutaret. Non enim procul est vt leges transcedat quod metas terrarum transmutat. Hoc preceptum plurimum transgressus est salomon quod gloriatur est: quod tantum reliquerat in hierusalem auri et argenti: quantum inuenerat tibi eris et ferri. Tandem tamen penituit vt tradit: de quo post dicit.

De maleficiis abijciendis.

Capitulum, VIII.

Interdixit quoque

quod secum habere arifolos, id est in- spectores fibrarum circa aras pro cognoscendis futuris, et coniectores somniorum et augures, id est gestus aut garrulus attendentes, maleficos, id est immolantes pueros demonibus, vel saltu iustrantes, incantatores, id est prestigiosos quod intuentes fallunt, phitones, id est ventriloquis: quod per spiritum malignum loquuntur, a phitone, id est apolline sic dictos, diuinos, id est auruspices, id est astrologos ins- pectores, necromanticos quod sacrificijs vel carminibus euocant mortuos, quod prophetam suscitaret eis deus de gente eorum: illum audiret.